

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Concl. VI. Reservantur peccata eorum, qui in hoc foro subsunt reservanti,
etiam impuberum, quando reservatio non est pœnalis. Quando est
pœnalis, ab his non incurritur. Sed neque à pubere, qui ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

ad ini-
gerium
latus
dibus im-
pedimentis
sublato , alterum
non tolli ; argument. cap. Ex tuatum 5. de
Auct. & usu pallii. ibi : Dummmodis , ad quem
Ecclesia pertinet , id permittat. Ubi Glossa verb.
Permitat. Nota , inquit , quod Papa licet alicui det
privilegium , non vult tamen , quod utatur eo in pra-
iudicium alicuius.

Et clarius leg. 21. ff. de Servit. præd. Ur-
ban. Si dominus tua adiutorius meus utramque servitu-
tem deberet , ne altius tolleretur , & ut stillicidium
adiutorum meorum recipere deberet , & tibi con-
cessero ius esse , invito me , altius tollere adiutoria tua:
quod ad stillicidium meum attinet , sic statu debet:
ut , si altius sublati adiutorii tuis , stillicidia mea ca-
dere in ea non posint , eà ratione altius tibi adiutorare
non licet ; si non impeditur stillicidia mea , licet
tibi altius tollere.

80. Confusudo est , inquam , in his juribus fundatum
est , quod ablatâ excommunicatione Papali,
ad huc maneat excommunicatio Episcopalis;
videtur tamen , inquit Navar. in Man. c. 27.
n. 261. usu indistincte interpretatum ; subla-
tam esse Episcopalem reservationem & censu-
ram , sublatâ Papali. Porrò confusudo est op-
tima legum interpres. Hac igitur in hujusmo-
di rebus maximè attendenda & sequenda.

Supereft ut explicemus ; quorum , & que
peccata ; mortalia ; an etiam venialia ; certa ; an
etiam dubia ; externa ; an etiam interna , so-
leant aut possint à Prælatis reservari. Equi-
dem quod ad personas attinet , quarum pec-
cata communiter reservantur , Dico :

CONCLUSIO VI.

Reservantur peccata eorum , qui in
hoc foro subsunt reservanti , et-
iam imputabili , quando res-
ervatio non est penalis.
Quando est penalis , ab his non
incurrunt. Sed neque à pubere ,
qui ignorat invincibiliter pro-
hibitionem Ecclesiæ circa ali-
quod delictum , in cuius poe-
nam imponitur reservatio.

81. Probauit. 1.
paris Con-
cluſ. Prima pars est communis , cum enim reser-
vatio , ut dictum est , sit limitatio jurisdi-
ctionis , non potest concernere nisi eos , qui ju-
risdictioni illi subjecti sunt , & omnes illos con-
cernit , nisi obstat aliqua specialis prohibitus
Prælati superiori.

Probatur 2.
pars. Ex quo infero secundam partem ; videlicet ,
reservationem non penalem concernere pec-
cata imputabili , quia imputabili subsunt ju-
risdictioni reservantis , & nulla obstat specialis
prohibitus. Quod subsunt jurisdictioni reser-
vantis , nemo potest dubitare : specialis autem

prohibito vel exceptio Prælati superioris , ubi
extat? Evidem illa acta maxime requirit con-
venientes medicinas , cum sibi ipsi imputabiles
rarò sint sufficietes , tur ergo excusatim eos
à reservatione purè pote medicinali?

An forte excusat ab observatione discipli-
plinae populi Christiani ? Cùm ergo reservatio
juxta Trident. fess. 14. c. 7. pertineat ad Chris-
tiani populi disciplinam , quā ipsi indubie
cum aliis obligantur , etiam cum aliis obligan-
tur peccata sua atrociora & graviora , quibus
nonnunquam implicantur , confiteri Summis
Sacerdotibus , Episcopis , vèl aliis Prælatis.

Quidquid in contrarium Quidam doceant
apud Dia. part. 2. tract. 1. Miscell. resol. 1. Ratiō pro
hac solā ratione : quia sicut minor acta in foro
exteriori excusat à pena ordinaria , ita & in
animæ judicio. Quia ratio nullius momenti
est ; quia ad summum probat , eos excusari à
reservatione penalē , dum videlicet extraor-
dinariè reservatur. Absolutio alicuius peccati
in odium illius , ut fecit Sixtus V. contra male
promotos ad Ordines Bulla : Sanctum & salu-
tare 9. apud Cherubinum.

Dico , Extraordinaria , quia communiter re-
servatio refertur ad bonam Ecclesiæ gubernationem ,
et quæ lex quædam determinans cer-
to , in quibus , pro meliori remedio ap-
plicatur , debet recurri ad Prælatum pro Ab-
solutione. Sive , quod in idem recedit , est di-
positio legis de jurisdictione in commune ho-
num , & non propriæ dicta punitio.

Proinde , juxta veriorem sententiam , in
universalis seu communis reservatione inclu-
duntur peccata imputabili ; immo & ignoran-
tia reservationem. Veluti in universalis irri-
tatione alicuius actus , includuntur actus igno-
rantium irritationem ; quia tota causa legis
irritantis , scilicet bonum commune , non mi-
nus habetur ex irritatione actus , qui sit cum igno-
rancia invincibili , quā qui sit cum scientia
hujusmodi legis : quippe non minus repugnat
bono communi , si quis inscius consanguinitatis
contrahit cum consanguinea , quā si consecutus
contrahat : ergo nulla est ratio , quare ille con-
tractus ignorantium non sit irritus.

Consimiliter in præsenti casu , non minus
repugnat bono communi peccatum commis-
sum ab ignorantie reservationem , quam com-
missum cum scientia reservationis ; ergo nulla
est ratio , quare portius unum peccatum sit re-
servatum , quam aliud.

Interim in casu particulari si aliqua reser-
vatio fuerit penalis , sicut esse potest , eo
dem modo ignorantia excusat à reserva-
tione , quo excusat ab irritatione penalē , &
ab aliis peccatis extra censuras. Nam de censu-
ris secundum aliquos DD. est dissimilatio ratio :
siquidem requirent præsumptiori spe-
ciali modum contumacia & sententia ;
argum. cap. 48. de Sentent. Excom. Sacro
appro-

82. Ratio pro
sententia
oppoſita.
Diam.

Referatio
non est pte
priæ dicta
punitio.

83.

In univer-
salis irri-
tatione alicuius
actus ,
includuntur
actus igno-
rantis irri-
tationem.

84.
Ignorantia
excusat à
reservationē
penalē , sicut
ut ab irri-
tatione
penalē.

c. 26. de
Appell.

approbatore Concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione premisâ promulgare presumat. Et cap. Reprehensibilis 26. de Appell. ibi: *Praesenti Decreto statuimus, ut nec Prelati (nisi canonica admonitione premisâ) suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos &c.*

Quāvis autem hæc jura loquuntur de censurâ ab homine ferenda, eadem tamen est ratio de censura à jure lata (putâ, quia censura

ordinatur per se primò ad puniendum delictum, sed ad eius emendationem, sive ad cōgendum peculiari modo, ne committatur) nisi quod in hac non requiratur alia monitio, quām ipsum jus, quod continuè quasi monet hominem, probè scientem illud jus.

Et propter hanc speciale rationem, DD. communiter existimant, excusare à censura ignorantiam solius censurâ; et si id plurimi negent de ignorantia alterius pœna, dummodò adhuc notitia præcepti divini vel humani, cuius transgressio tali vel tali pœna vindicatur. Sicut enim hæc ignorantia non excusat à culpa; ita nec à pœna, pro illa culpa imposta quoniam non cessante causâ, non cessat effectus.

85.
Objecatio.

Si dixeris: omnis pœna debet esse voluntaria, saltem in sua causa, ad quod requiritur, non solum cognitio ejus, quod est causa, sed etiam quatenus est causa, sive sub ratione causa.

Solvitur.

Respondeat; hoc principium neque per se esse notum, neque ullâ ratione sufficienter posse demonstrari. Satis ergo est, quod homo consentiat in culpare, quæ est causa pœnae: nam ex vi culpæ ita subjicitur potestati Iudicis, ut possit ab illo puniri justâ pœna, vel juxta leges, si in illis continetur, vel ejus arbitrio, si huic est commissa. Quod verum existimat hi Auctores, sive pœna sit ordinaria, sive extraordianria & rigorosa, modò non excedat proportionem delicti, etiam cum tali ignorantia commisisti.

Nonne frequenter contingit quosdam malefactores pœnæ aliquibus affici, quas prius ignorarunt? Nonne Deus pœnâ aeternâ punit peccatorem, tametsi nunquam ejus scientiam habuerit? Quid si nulla pœna lege fit statuta, putas, quia reus nullam pœnam determinat scivit, ideo non poterit aliquâ pœna determinatâ pœnit?

86.
Objecatio.

Dices; talis scivit saltem in genere pœnam esse debitam delicto; ergo censetur consenisse, saltem in pœnam ordinariam, licet non in extraordianriam.

Solvitur.

Respondeo; consenisse in omnem proportionatam delicto; non enim est ratio, quare magis in unam, quā in aliam. Hinc quando ob ignorantiam pœnae, moraliter ita mutatur quantitas vel qualitas delicti, ut iam meritor censeretur pœna excedens modum, & pro-

portionem delicti, libenter admitto, talem ignorantiam excusare ab illa pœna. Verumtamen pœna lege prescripta extra censuras, vel non excedit gravitatem illius delicti, facti cum ignorantia pœnae; vel dic, non semper pœnam lege prescriptam, ita geometricè esse commetendam delicto, ut si hoc aliquantulum levius fiat ex ignorantia vel alia cœla, pœna quoque legis minuenda sit; quippe quod parvum est in moralibus, pro nihilo reputatur. Secùs quando excessus effet gravis.

Qualis utique excessus non reperitur inter peccatum reservatum, commissum cum ignorantia solius reservationis pœnalis, & ipsam pœnam reservationis, ut propterea hac ignorantia debeat ab illa pœna excusare, dummodo peccans sciverit probationem Ecclesiæ circa illud delictum, in cuius pœnam imposta fuit reservationis; v. g. in exemplo supra posito, scivit specialem probationem Sixti V. ignoravit reservationem, dico, probabilis est malè promotum incurrisse reservationem.

Quid si etiam ignoraverit ipsam probationem? Sanchez lib. 9. de Mart. disp. 32. n. 18. existimat non incurrisse, estò sciverit se peccare.

Nec obstat, inquit ille, si objicias, per reservationem tolli jurisdictionem absolviendi, & ita ignorantiam non efficeris; ut Absolucionis illa sit valida; sicut si bonâ fide quis simplici Sacerdoti fateretur. Dicendum enim est, aliud esse in reservatione simpliciter facta, quæ ad bonam Ecclesiæ gubernationem referuntur, ut graviora delicta Superioribus reserventur: aliud vero de reservatione precepta in lege, quæ est pœna & accessoria, atque adeò sequitur naturam principialis & pœnae.

Sicut in simili, agens de legis promulgatione, distinguit Glosa in proemio Clementinorum verbo *De cetero*, ver. *Hac vera mīdicas*: ubi ait, aliud esse in privilegio simpliciter dato, & aliud in privilegio in lege concessio, debet enim naturam legis, tamquam ipsi accessoriū, imitari. Hucusque Sanchez,

Cum ergo ignorantia invincibilis legis humanæ exculet à culpa, consequenter videtur etiam excusare à pœna, imposta pro illa culpa; argum. cap. 2. de Constit. Rem qua culpa caret, in damnum vocari non convenit. Et cap. 60. de Appell. Cum cessante causâ, cesseat effectus.

Porrò cessare causam, id est, culpam, colligitur ex cap. 2. de Constit. in 6. *Vt animarum periculis obvietas, sententis, per statuta quorundam cumque Ordinariorum prolatis, ligari nolamus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit aut sapina.* Et quāvis aliqui per Ordinarios ibi intelligent filios Episcopos, equidem eadem ratio militat in statutis & sententiis

c. 26. de
Appell.A censura
excusat igno-
rancia
solius cen-
surae.85.
Objecatio.

Solvitur.

86.
Objecatio.

Solvitur.

tentiis Pontificis, videlicet: *Vt animarum periculis obvierit.* Immo (inquit Sanchez supra n. 11.) major est ratio: *facilius enim jus Pontificium commune ignoratur.*

cap. 1. de
Constit. in 6.
Sed hoc repugnare videtur ei, quod cap. 1. de Constit. in 6. dicitur: *Licet Romanus Pontifex (qui iura omnia in scrino pectoris sui censetur habere) constitutionem &c. quia tamen locorum specialium & personarum singularium consuetudines & statuta (cum sint facti & in falso constent) potest probabiliter ignorare &c.* Ergo facilius ignoratur statutum particolare aliqui Episcopi, quam jus Pontificium commune.

89.
In foto ex-
terno igno-
ranti juris
commissis
placuisse
vincibilis.
Reg. 13 de
Reg. juris in
6.
Scotus.
Hinc in foto externo, ignorantia juris communis presumitur vincibilis, adeoque non excusat in eodem foto, juxta Reg. 13. de Reg. juris in 6. *Ignorantia facti, non iurius excusat, quia timor ignorantia juris ordinari est* est vincibilis, aut saltet talis presumitur.

87.
Quid est
mostre
probatio
ad hanc
et San-
ctum que
potest
accidere
in 6.
Et ita intelligo Doctorem Subtilem, quando 4. dist. 13. q. 2. n. 16. ait: *Ignorantia iurius non excusat, quia tenetur ille, qui se exponit ad tantum actum (puta, consecrationem Euchariastiae) scire iura, secundum quae potest exercere tantum & talen actum, & ideo talis ignorantia juris non excusat, sed fortè magis aggravat.* Quidquid sit de hoc, sufficit nobis, quod eadem ratio militet in sententiis & statutis Pontificis, que militat in sententiis & statutis Episcoporum, ut eadem ignorantia, scilicet invincibilis, excusat à culpa, & consequenter à pena.

90.
Dicitur.
An ad in-
currendas
penas facti
sit delin-
quenciam
nosse se
Peccatum
admittere
a culpa &
a pena
cap. 1. de
Concl. 6.
Sed dicet aliquis; in casu proposito ignorantia non excusat à culpa, nam supponitur, male promotus peccasse contra legem divinam, vel certe antiquam legem humanam, quam probè noverat, quamvis ignoraret Constitutionem Sixti V. Ergo non excusat à pena reservationis, quoniam hæc constituta est, non lolum propter culpam contra novam prohibitionem; sed maximè ad postiendum peccatum contra legem divinam, vel contra antiquam legem humanam.

88.
Invenit
legem huma-
nam excul-
pans
a culpa &
a pena
cap. 1. de
Concl. 6.
Hinc Multi probabiliter docent, ut videre poteris apud Sanchez supra n. 7. & n. 16. (quamvis ipse n. 9. & n. 17. teneat oppositum, plurimis pro eo citatis Auctoribus; & allegatis juribus & rationibus) factis esse ad omnes penas incurandas, delinquentem nosse se peccatum admittere, quamvis prorsus ignoret jus positivum prohibens sub illis penis.

91.
Quantitas
Fateor Multi id docent; sed nobis cum Sanchio probabilius & verius appetit oppositionem, nisi contrarium confit de mente Legislatoris, videlicet voluisse illa penam punire lolum transgressionem legis divinae, aut alterius legis humanæ, quod meo iudicio (salvo meliori) potest velle.

Licet enim quantitas penæ, metienda sit

ex delicti quantitate, argum. c. Felicis 5. de Poenæ in 6. ibi: *Illud autem non duximus omittendum, quod si quis fuerit in premisis modo consilios, aut simplici favore culpabilis, Index in talen, panam metiatur ex culpa, ut secundum quod excessus exegerit, vindicta procedat.*

panam meti-
enda est ex
delicto.
c. 5. de
Panis in 6.
Et cap. 21. de His quæ sunt à majori parte Capituli, ibi: *Sed si quis ex his deliquerit, que sunt Ecclesiastica correctione subiaceat: cum peccata suos Autores tenere debeant, nec panam sit ulterius protrahenda, quād delictum fuerit in excedente reperturn.*

92.
Legislator
potest velle
punire te-
lervatione
peccatum,
factum cum
ignorantia
releratio-
nis;
Licet, inquam, hoc verum sit; equidem potest esse sufficiens proportio seu commensuratio inter nudam transgressionem legis divine vel alterius legis humanæ ab una, & poenam reservationis ex altera parte; cur ergo non poterit Legislator velle punire tali penam illam transgressionem, absque nova prohibitione seu nova lege? Et quare tali casu peccans contra jus divinum, vel antiquum ius humanum, cum ignorantia poenæ, non incurrit illam poenam? Causa enim tunc non cessat, ergo nec effectus cessare debet, quamvis ipse talem effectum ignoraverit.

93.
sed non
presumitus
id velle.
Reg. 30. &
49. de Reg.
lar. in 6.
Ceterum, quia illa voluntas Legislatoris obscura est, & ut habeat Regula juris 30. de Reg. juris in 6. In obscuris minimum est sequendum. Et Reg. 49. eodem: *In panis benignior est interpretatio facienda.* Sic interpretari possumus verba legis poenalis, ut Legislator nolit infligere poenam, nisi propter culpam commissam contra novam legem, prohibentem talem vel talen actum, sub hac vel illa poena: cum ergo in nostro iure male promotus non peccet, defectu illis ignorantiae, contra novam legem i. V. sequitur, quod etiam non incurrit illam reservationis, in illa lege constitutam, quam tamen incurret, si sciret novam legem prohibentem, estò ignoraret poenam. Atque hæc de ultima parte Conclus. sat is pro hoc loco.

93.
excusandis
impuberis
à reservatio-
ne penal-
ne penal-
ex c. 1 de
Delictis pa-
etrorum,
Superest ut excusemus impuberes à reservatione poenali. Nescio autem, quo iure melius excusari possint, quam cap. 1. de Delictis puerorum, sequentis tenoris: *Pueris grandisculis (id est, dolii capacibus, videlicet 7. annorum) peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab annis 14. cum pubescere coeperint: quod merito crederemus, si nulla essent peccata, nisi que membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare furtum, mendaciam, & perjury non esse peccata?* At his plena est puerilis etas: quamvis in eis non sit, ut in maioribus punienda videantur.

& cap. 21.
cod.
Et cap. 2. eodem ibi: *Quoniam in pueris resiliunt sole inultum, quod in aliis proiectioris etatis, humanæ leges dicunt severius corrigendum.* Mandamus, quatenus si constituerit, filium predicti H. infra decimum quartum etatis sua annum, eum-

Diss. 8. De Ministro Sacram. Pænit.

172

dem excessum commisſe, memoratum Abbatem monas & compellas, ut ab eodem H. predicōis 100. solidos propter illam confutudinem non exigat, nec ab ipso pro temporali pœna requirat.

94. Ergo nec pro pœna spirituali reservationis, aut simili, nisi jus exp̄esse declareret contrarium; sicut Aliquis videtur declarare de censuris lati a jure; argum. cap. 1. de Sentent. Excom. ibi: *Respondemus, quod si Clerici infra puberes annos se ad invicem, aut unius alterum percusserint, non sunt ad Apostolicam Sedem mittendi, quia eos atas excusat.*

&c. 58. eod. Et cap. 58. eodem: *Quāvis incidens in Canonem lata sententia, propter violentam mānuam injectionem, iuxta proprias facultates ei satisficiat, quibus iniurias irrogavit, non tamen alter, quā per Sedem Apostolicam vel eius Legatum Absolutionis beneficium potest obtinere: nisi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia aut inopia, puerii vel senili etate &c. retrahatur, quod minus Romanum Pontificem possum adire.*

Item 60. eod. Item cap. 60. eodem: *Pueri, qui in Canonen inciderunt sententia promulgata, sive ante, sive post pubertatem postulent se absolviri, potest Diocesanus Episcopus Absolutionis beneficium imperitum: cum propter defectum etatis, in qua fuit commissus excessus, rigor sit mansuetudine temperatus.*

95. Verū enim verò cùm hæc jura solū loquantur de Excommunicatione; ipso jure lata ob percusſionem Clerici, existimat Castro Palao tom. 1. tract. 3. disput. 1. punct. 24. §. 2. n. 9. hanc solam excommunicationem, propter ejus gravitatem, contrahi à pueri, dol capacibus, ante pubertatem; de qua re alio loco diffusius egimus, & ideo h̄c superfedeo, contentus hoc unico verbo; non licet semper argumentari à censuris ad alias pœnas, estò in positivis (quod non) semper valeret argumentum à paritate rationis; quia censura sunt pœna medicinales & gravissimæ, quæ duæ conditions non semper inveniuntur in aliis pœnis.

Non licet argumentari à censuris ad alias pœnas.

Licet ergo admitteremus, pueros inçutre excommunicationem propter percusſionem Clerici, non sequitur; ergo incurrit reservationem pœnalem; quia non est pars ratio. Perſisto itaque in Conclus. & quia nihil aliud, dignum refutatione aut explicatione occurrit, novam instituo Conclusionem de peccatis, quæ communiter solent reservari.

CONCLUSIO VII.

Reservari possunt, per se loquendo, peccata venialia, & mortalia aliàs confessa, etiam mēre interna; de facto tamen solū

reservantur interna, quæ proudeunt in actum externum, per se mortalem, aliàs non confessa.

Ratio primæ & secundæ partis est; quia, ut diximus Sect. 2. Concl. 4. jurisdictione potestas absolvendi à venialibus & mortaliis confessis, datur Sacerdotibus ab Ecclesia; & non immēdiatè à Deo; ergo, per se loquendo; potest limitari non minus, quam jurisdictione, necessaria ad absolvendum à peccatis mortaliis non confessis.

Si dixeris; reservare non est solū austerius jurisdictionem, sed infuper obligare penitentem ex vi hujus Sacramenti, ad confitendum illud peccatum reservanti.

Respondes; esse quæstio[n]em de nomine, in qua nostra interpretatio seu locutio est magis communis, scilicet reservationem solū esse ablationem potestatis absolvendi ab hoc vel illo peccato.

Confirmatur à simili; Papa dicitur reservare sibi concessionem Indulgentie plenarie, auferendo seu subtrahendo illam potestatem Episcopis; estò illa Indulgentia non sit simpliciter necessaria, nec Pontifex obligat fideles, aut ex vi Indulgentie obligant, ad eam lucrandam. Sufficit ergo, ut peccatum aliquod dicatur vero reservatum, quod fideles non possint obtinere ejus Absolutionem sacramentalē, nisi à reservante.

Nec obstat; quod Trident. sess. 14. c. 7. in quo agitur de casuum reservatione, solū loquatur de gravioribus delictis ibi: *Magnop[er] verò ad Christianum populi disciplinam pertinere Sanctissimi Patribus nostris vixum est, ut atrociora quædam & graviora crimina non à quibusvis, sed à summis dumtaxat Sacerdotibus absolventerentur.*

Non obstat, inquam; quia in illo capitulo agitur de reservatione, quæ de facto est in Ecclesiis Dei; hæc autem solū est de delictis gravioribus, ut patet ex dicendis. Et merito; quippe reservatione venialium ferè est utilis, quoniam multis aliis remedii possunt expiari, & nulla est necessitas ea sacramentaliter confitendi, ut nec mortalia aliàs confessa. Ac proinde ex centum, immo sorrè ex mille non unus confiteretur illa peccata reservanti.

Et ideo dixi in Conclusione: *Per se loquendo, id est, præcisè spectando naturam reservationis, hoc est, ablationem jurisdictionis necessarie ad validè absolvendum. Alioquin regulariter propter inutilitatem imprudenter talia peccata reservarentur. Evidem quia non omnime, quod imprudenter fit, invalidè fit, idcirco si fieret reservatio, valeret. Si fieret, inquam, à Pontifice, qui omnibus Sacerdotibus dedit potestatem ablolyendi ab illis peccatis.*

Fons